Noverint Universi quod ego Susanna Alemany vidua que in primis nuptijs uxor fui honora
bilis Stephani Palou mercatoris, in secundis vero honorabilis Antichi Josepe pariter mercatoris Ma-
jus et ex mea certa scientia confiteor et in veritate recognosco vobis honorabilibus Joanni Bennasser
de Bineatre, Gabrieli Pasqual, Joanni Capo alias Janet, et Christophoro Bennasser de Santiani dierum
minori Juratis anno presenti villa de Campanet presentibus vobis dictis Joanni Bennasser et Gabrieli Pas
qual absentibus vero alijs dictis Juratis in manu et posse notarij infrascripti pro omnibus quorum inter
sit et interesse posset presentis recipientis paciscentis ac etiam legitime stipulantis, quod vos nomine dic
te ville mihi dedistis et solvistis ipsaque a vobis, seu verius ab honorabili Bernardo Cerda dicte ville
adiuncto et curatore cum Antonio Bennasser hereditatis Philippi Bennasser eiusdem ville de Cam
panet; Cui siquidem Philippo Bennasser infrascriptam faciendi quitationem onus iniunctum fuerat,
id quod ille dum vivebat susceperat habui et recepi per dictam tabule nummularia universitatis Maj ad
ministrata per Mag^m Gabrielem Farragut Quadringentas triginta unam libras decem octo solidos et sex
denarios moneta Maj. Et sunt illas que vobis admitto videlicet quadringente libre proprietate luitio
ne et quitatione illarum triginta duarum librarum moneta Maj cen. quas mihi anno quolibet prestare
erat obnoxia universitas dicta ville de Campanet die prima mensis Martij. Ipsaque dictum censu
ale recipiendi jus habebam virtute translationis in pensionibus et proprietate mihi facte per Antonium
Palou filium meum instrumento mediante recepto per discretum Joannem Augustinum Alemany not.
die decima octava mensis Maij anno a nat. Dni Millesimo sexcentesimo decimo nono. Et dictus Antoni
us Palou censuale predictum recipiebat uti heres dicti Stephani Palou eius patris et primi viri mei ex
testamento per eum condito apud discretum Franciscum Farragut not. die decima quinta mensis Maij
anno Millesimo sexcentesimo decimo. Et de dicti censualis oneratione apparet in aliis et publicis rogatio
nibus eiusdem dicti Francisci Farragut, Restantes vero triginta una libre decem octo solidi et sex
denarij sunt pro rata dicti cen. usque in presentem diem decursa ... renuntiando exceptioni dicte
pecunia non numerate non habite et non recepte rei que sic non geste et doli mali in factum actioni facio
vobis dicto nomine nedum de proprietate, verum etiam de pensionibus et rata dicti censualis sive usque decursis
bonum et perpetuum finem, diffinitionem, luitionem ac quitationem et pactum ago cham de soluto cum pacto valido
et solemni de ulterius non petendo sive unquam de non agendo contra vos vel vros dicto nomine seu etiam contra
dictam Universitatem predicti cen. occasione. Liberans et absolvens eam a quacumque petitione seu demanda
quam ex dicti cen. causa proponere seu intentare possem. Imponens super his mihi et meis silentium perpetuum
et sempiternum, omnemque agendi viam mihi abdicans. Mandans instrumentum obligationis dicti cen.
cassari et annullari taliter quod nec mihi nec meis prodesse, vobisque nec vris obesse valeat seu nocere
Promittens et bona fide conveniens vobis et vris dicto nomine me presentem luitionem et quitationem om
niaque et singula desuper expressa semper habere ratam gratam validam atque firmam, rataque grata vali
da atque firma et nullo tempore revocare contra facere vel venire, nec contra facienti consentire jure aliquo
causa vel ratione sub omnium et singulorum bonorum meorum ubique sint presentium et futurorum obligatione
Actum est hoc in civitate Maj die videlicet vigesima octava mensis Februarij anno a nat. Dni Mil
lesimo sexcentesimo vigesimo quarto. Sig+num meum Susanne Alemany vidue predicte que hoc
laudo concedo et firmo.

Testes huius rei sunt Franciscus Pina et Joannes Pug sartores presentis civitatis Maj

Sig-num meum Bernardi Nerus notarij publici Maj qui presens instrumentum
recepi scripsi et clausi

ARXIU MUNICIPAL CAMPANET

50B

[illegible] 32 ll. con firmada
[illegible] Rosanna Alamanyar
[illegible] Jaume de la vila
de Campanet per 400 ll.

m ll.